



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmmvla Caietani**

**Cajetan, Thomas**

**Antverpiae, 1575**

Diuinu[m] officiu[m] quocunque in loco priuatim celebrari permittitur:  
publicè autem vel iura iubent in Ecclesia tantum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41716**

## 320 Horæ canonice.

diei usque ad medianam noctem sequentis diei, ita tamen ut solas matutinas liceat vesperi præcedenti dicere. Graue tamen est peccatum sine rationabili causa retardare multum horas: ut dicere primam horam nona, vel vespere. Præuenire tamen ut quietius ac deuotius dicatur, consulitur à iure in c. presbyter. ut scilicet manè dicantur horæ usque ad vesperas inclusuè. Tempus autem publicæ celebrationis horarum, est iuxta laudabilem cuiuslibet Ecclesiæ ac patræ consuetudinem. Et licet sancitum sit in iure, ut horis debitissimis in Ecclesiis cathedralibus & collegiis horæ dicantur, nullum tamen ego cognosco peccatum mortale in huiusmodi, etiam si quandoque negligentia magna interueniat, dummodo cummuniiter serueretur consuetudo: quia in huiusmodi circonstantiis non puto incurri mortale peccatum sine contemptu, quoniam non spectat ad substancialia materiae preceptæ. Hæc de quarto.

*Diuinū officiū quocunque in loco priuatim celebrari permittitur: publicè autem vel iura iubent in Ecclesia tantum.*

**Q**uo ad quintum de loco, nullus est locus in quo non liceat priuatè diuinum exoluere officium. Publicè autem in Ecclesia celebrandū esse iura iubent à deputatis ad illud: ita quod deponendi à clericis consortio sunt qui castigati nolunt interesse, ut in Decretis dist. xcii. cap. vlt. decernitur. Vbi tamen contemptus dicitur, & propter meam absentiam non notabiliter leditur diuinus cultus officii: & Prælati dissimulant, parum de iis quæ Dei sunt curantes, nō incurro mortale peccatum ex hoc quod desum horis canonice in Ecclesia mea: quia contra præceptum iuria positivū propriè non venio, nec notabile damnū infero diuinū cultui. Grauiter tamen pecco, si sine rationabili

nabili causa me debitis horis subtraho : quia grauis  
est ratio diuini debiti.

De totalitate autem diuini officii nocturni pariter  
& diurni Ecclesis cathedralibus & collegialibus tam  
singularibus quam regularibus debita secundum iu-  
ra, & minimè soluta in tot huiusmodi Ecclesiis, di-  
cendum est quod ubi tenuitas census in causa est &  
fuit semper quantum est in memoria hominum, ex-  
cusantur collegiales seruantes consuetudinem : puta  
dicendo Missam maiorem, & vesperas in Ecclesia, vel  
aliquam horam, prout ibi moris est antiqui : quo-  
niam derogatum ibi videtur iuri communi ex ratio-  
bili Prælatorum tolerantia. ubi autem sufficientes ha-  
bent prouentus, & extant tēpla, ac deputati ad huius-  
modi cultū percipiētes suas portiones, & parū aut ni-  
hil exoluſit diuini cultus in ipsis Ecclesiis ex introdu-  
cto abūſu, ipsi viderint si vinculo iuris derogatū est.

De illo autem qui in choro versus sui chori sub-  
missè sibi tantum dicit, alterius autem chori versus  
audiendo tantum exoluit, ratio dictat, quod non fa-  
tisfaciat: quia communis exolutio communicantium  
est: iste autem per se loquendo non cōmunicat alteri  
choro. Et ita alibi scripsimus. Si tamen intelligerent  
quod viri timorati consueuerunt sic facere, dicerem  
quod consuetudo honorū optima est legum inter-  
pres: & charitas quæ omnia cōmunitia reddit, & efficit  
ut versus auditus sit communis omnibus audien-  
tibus, tanto magis quanto maiores in choro non de-  
bent cantare, sed meditari quæ ab inferioribus can-  
tantur. Hæc de quinto.

*Peccatum hypocrisis dupliciter incurritur.*

Hypocrisis (qua homo simulat personam iustū  
vel iustioris) peccatum est: quia mendacii viri  
habet. Incurritur aut dupliciter. Vel formaliter,  
hōg